



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Commvnio Sanctorvm. In Ecclesia [!] Catholica

Fide & praxi frequentata. Catholicis ad devotionem. Acatholicis ad informationem. Proposita Ex PP. Soc. Jesu

Coloniæ, 1654

S. Martinianus Erem. Ermeiend. Reg S. Iordanus Ord. Præd. 13. Feb.

urn:nbn:de:hbz:466:1-44916

S. Martinianus Erem. Ermeiend. Reg
S. Iordanus Ord. Præd. & Feb.



Diffidentia sui.

'Vir humilis Deo est similis, superbus autem Diabo' o. Basilius,

Da quæsumus Domine Deus noster
ut sicut B. Martiniani Conf. tui (B.
Ermelendis Reg. B. Jordani conf.) cō-
memoratione temporali gratulamus
officio, ita perpetuo lætemur aspectu.
Per D.N.Iesum Chr. &c.

Ora pro Religiosis, &c

DO

¶. S. Martiniano Eremitæ sua pene
sanctitas ruinæ locum fecisset, nā ob
eam frequentatus, dum cum fæmina
quadam loquitur, incendia desiderij
malis sensit. Sed Diuina gratia adiutus
illa mox insistendo prunis & Corpus
vrendo castigavit. Cautior exinde
maiore custodia sexum alterum decli-
nauit, adeo ut, naufragæ fæminæ,
quæ ad suā in mari rupē adnataverat,
rupē cesserit, ipse alio enatarit, dign⁹
qui ad cælestes appelleret hierarchi-
as Angelorum.

2. B. Ermelendis S. Sexburgæ filia,
Soror autem B. V Vereburgæ. ex Re-
gio Anglorū sanguine orta, genus su-
um virtutū corona Christique amore
nobilitauit circa A. 678.

3. B. Iordanes Secundus Generalis
Magister Ord. Prædicatorum, miseri-
cordia excellens adeò, vt veluti alter
Martinus se eingulo suo adhuc sæcu-
laris spoliarit, ut haberet quod daret.